

VITAE  
SANTORVM.  
EX PROBATISSIMIS  
AUFHORIBVS ET POTTISSIMUM EX  
Reuerend.D. ALOYSIO LIPOMANO,  
& R.P. LAURENTIO SVRIO,  
breui compendio summa  
fide collecta,

Per Reuerendis. D. FRANCISCUM HAKANUM  
Vtrai etiam, S. Theologia Licentiatum, & ab eodem  
autem diligentissimèque recognita.

His accesserunt cum ex IOANNE MALDONATO Hispano,  
tum ex GEORGIO VICELLO & aliis, Sanctorum vita  
quamplurimæ in suos quæque locos digestæ, cum  
quorundam APPENDICE ad calcem  
breuissima, quorum dies festus  
ignoratur.



CIPER LIBRERIA  
de Bento el  
real de Madrid  
ltd.

LUGDUNI.  
Apud Thomam Soubron.

M. D. XCIII

# LECTORIS.



ERMVLTVM debere  
Rempublicam Christianam  
Reuerendissimo Domino D.  
Aloysio Lipomano Episcopo  
Veronensi, nec non & R. P.  
Laurentio Surio Conuentus  
Coloniensis Carthusiano,  
eruditis iuxta ac piis viris fatebuntur, non dubito,  
mecum, pie Lector, quotquot eoram Tomos de Vitis  
Sanctorum attentius legerint. Ego certè cum eos  
peruoluere diligentius cœpisse, quod ad priscam  
illam pietatem aliquousque saltem in orbem no-  
strum possimino, quod aiunt, reuocandam attine-  
bat, ex stimabam nullum scriptionis genus aggredi  
eos potuisse accommodatius. Sed dolebam aequè, co-  
rum quæ ipsi reliquissent usum, tam paucis adhuc  
esse in manibus, nonnullis etiam ob hoc solum ne-  
gari, quæd Tomi illi haberi non possint nisi sumptu  
maximo.

QVIBVS ut ego pro modulo meo tantisper  
seruirem, donec ipso eis fontes adire contingeret,  
ecce conatus sum tum ex dictis Tumis, tum ex aliis  
Historiis fide dignis exhibere has vitas compen-  
dio descriptas, summa sanè fide, atque adeò ut plu-  
rimum ipsis verbis & phrasí primorum Auctorum,  
Opus, ni fallor, pro moribus nostris ad rectam nor-  
mam reuocandis accommodatum, aequè ad usum



# SANCTORVM VITÆ.

JANVARIVS.

## DE CIRCUNCISIONE DOMINI, EX D. CYPRIANO, ADIECTIS NONNULLIS ex Radulpho Ardente.

Floruit R. Radulphus c. t.  
ca annū Dac  
misi 1050.

### I. JANVARI.

**N**TER<sup>\*</sup> omnia testamenti veteris sacramenta, nihil Circuncisione solennius antiqua celebrauit religio, nec tantum in Hebreos, sed etiam in Phœnices & Arabes hæc traditio inoleuit. Reliquæ gentes tam mandatum quam factum irrident, & Deo minimè asserunt conuenire, ut Saluatoris benignitas plagiis infantium delectetur, & immentos in ipso vitæ initio periculo mortis addicat. Verum cum opus istud & antiquitas commendet, & iubentis auctoritas inquirienda est tanti mysterij ratio, quæ Abrahæ specialiter & semini eius tanto pondere mandata est, ut quisquis in illa gente huius signi careret differentia, Ethnicus non Iudeus reputaretur, & à titulo filiorum Israël abraderetur proscriptus. Hoc cum octaua die iussum sit celebrari, & nomen circunciso aptari, intitulatum est his qui digni Sanctorum consortio censabantur, quod eorum nomina scriberentur in celis, & æternæ beatitudinis quam post vitæ huius septimanam octaua consequitur, fierent & consortes, quicunque vitæ innocentia & cœlibatus sanctimonia sese Domino consecrassent. Tenera itaque infantia huiusmodi erat imbuenda doctrina, & ante concupiscentib[us] motus, quos peccatum meruerat, misericibili pœnae

\* D. Cypriano.  
7. Sury.

Origo Circuncisionis.

Genes. 17.

Eius significatio.

Ea cur adhiberi solitam  
tenera atate.

*L V G D V N I,*  
EX TYPOGRAPHIA  
Stephani Seruain.

---

M. D. XCIIII.